



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Epigramma 56. Viua Ioannis effigies è cerâ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

Epigramma 52.

Ad Hereticum.

CVi toga setosis stat, ut asper Echias, in armis,
Vis regat hunc molli serica chlēna pilo.
Dic mihi, deserte quam fert pius incola sylue,
Hanc tu fers etiam, mollis Adoni, togam.

Epigram. 53.

Ioannis in scrupeo specu delitescentis
Imago.

Vituit in hoc saxo desertæ cultor areæ.
Quod prius egit, agit, denuò saxa colit.

Epigram. 54

Ioannis Vocis clamantis in deserto ad
aquas Salim Imago.

Qvid tibi vis, mutas Vocem qui pingis ad vndas,
Vin' bene Ioannem pingere? pinge sonum.
Aut vatem fons pingat aquis, queis blanda susurrat
Aura, dabit Vocem Naïs, & aura loqui.

Epigramma 55.

Ioannis Baptiste qui Vox clamantis in
deserto Imago.

Nunc oculo specto, sat ut auribus haufcro, Vocem,
Dic, oculus Voci numquid & auris erit?

Epigramma 56.

Viua Ioannis effigies è cerâ.

Adspicis hunc Vatem, gelidâ qui pallet in umbra?
Viuit adhuc; perdit quâ perit ipse, necem.
Postuma viuaci cerâ mors spirat & igni.
Ardet adhuc letho viua lucerna suo.

Abs

**Ioannes Rhodo præsidium
contra Turcas.**

Vbi Petrus Danbuysson militaris ordinis S. Ioannis, Rhodi magistrum agit, Mahumetes secundus orbis Christiano terror, & gemini euersor imperij, & tot regnum excidis superbis iam victor, etiam Rhodon, pulcherrimam illam Carpathij maris rosam, magnæ Virgini & Ioanni Baptista sacram, it ereptum. Itaq;, obfessâ iam Rhodo, Rhodienses milites militare vexillum, cui apparetus in cruce Christus, Deipara, S. Ioannes Baptista, & Ierosolymorū insignia, mœnibus prefigunt. Vbi tum & crux aurea è cælo adfultit, eiusq; ad latus vili sub amictu Heros dux, corusco in agmine apparuit, qui ensem & clypeum hostibus obtemperet; unde ijs cen fulmine adflatis incussus terror. Insuper & duo viri humanâ formâ augustiores, noctu mœnia obeunt, & ubi Turcae adfultum parant, minaci ferro, & vultu in fugam auertunt, Rhodumque Solymanno tandem diu post expugnandam, sub Alexandro VI. relinquunt. Sabel. supplem. hist. Venet.

Epigramma 57.

Quæstio.

Ad Diuum Ioannem.

*P*ost huma bella geris, tibi dum caput excidit ensis?
Victor ouans hostes quo cadis ense, metis.

Corona